

V 1920:2617



R
2881

R V 1920:2617

R. 114.





Q. SERENI SAMONIZ

CI, DE MEDICINA, PRAECEPTA saluberrima, per D. Caesarium, ab omnibus quibus scatebant mendis, probe ac diligenter emaculata.

ITEM Q. RHEMNII FANNII

Palemonis, de ponderibus & mensuris, liber utilissimus.


AD LECTOREM.

Prescripsit vite finem natura creatrix
Unicuique sato, quem superare nequit.
Sed medicum praestans ars, naturaeque ministrum
Finem contingas, qua ratione, docet.

PARISIIS
Apud Simonem Colinæum.

1 5 3 3

Barrondo / Barrondo



VITA SERENI SA-
MONICI.

Q SERENVS SAMONICVS
Gordiani iunioris preceptor fuit. Cuius me-
minit Spartianus in Caracalla, his ver-
bis, Occisi sunt & in balneis plures, & in cænis.
Inter quos Samonicus Serenus, cuius libri
plurimi ad doctrinam extant. Macrobius
quoque Saturnalium tertio, carmina
quædam de vrbibus denouendis
in libro quinto Recondito-
rum Samonici Se-
reni reperisse ait. Super sunt hodie hi he-
metri, præcepta Medicinæ continentes.

13615
153204840

MEmbrorum series certo diducta tenore
Vt stet, consimilis medicinæ defluat ordo.
Principio celsa de corporis arce loquamur.
Phœbe salutiferum (quod pangimus) affere carmen,
Inuentumque tuum prompto comitare favore.
Tuque potens artis reduces qui tradere vitas
Nosti, atque in cælum manes reuocare sepultos,
Qui colis Egeas, qui Pergama, quique Epidaurum,
Qui quondam placidi tectus sub pelle draconis
Tarpeias arces, atque incluta templa petisti,
Depellens tetros presenti numine morbos,
Huc ades, & quicquid cupido mihi sepe roganti
Firmasti, cunctum teneris exponere papyris.

Capiti medendo.

Cap. I.

Balsama si geminis instillans auribus addas,
Tu poteris alacrem capitis reparare vigorem.
Vel quæ septenis cæsentur gramina nodis,
Vtiliter nectis, vel corno ex arbore sertum,
Pulegiumve potens vna super aure locabis,
Aut illud misto recoquens clementer aceto,
Canta nare trahes, seu visco linteæ nexo
Inducis fronti, seu trita gramina mente.
Spongia cum tepidis annexa liquoribus hymbriis
Profuit, aut hedera ex oleo colata vetusto,
Profuit & cochleis frontem tractare minutis.
Si nocuit cerebro violentia solis aperto:
Sæpe chelidonia ex acido perducta liquore
Sanauit, profunt & amica papauera somno,

Q. SERENVS

Si prius in lento madefacta terantur oliuo.

Hemicranio medendo. Cap. II.

Portio si capitis morbo tentetur acuto,
Allia diuersam lana contacta per aurem
Inducta prosunt, & eodem balsama pacto.

Alia vel ternis piperis terna addita granis,
Trita linis, certam dabit hæc tibi cura salutem.

Porrigini depellendæ. Cap. III.

Est insensibilis morbus, sed noxia forma,
Cum caput immensa pexum porrigine ningit,
Copia farris uti freudentibus edita saxis.

Hanc poterit maluæ radix decocta lenare.

Aut tu feniculum, nitrumpq; & sulphura vina
Contere, deinde caput permistis ablue cunctis,

Fur furibusve nouis durum miscebis acetum,

Ut varios crines tali des vngvine puros.

Prodest & tarda demptus testudine sanguis,

Et prodest cedro demissus ab arbore succus.

Desinet interea glomerari farrea nubes,

Cessabitq; granis crebra porriginis hymber.

Capillo tingendo. Cap. IIII.

Quos pudet ætatis lœgæ, quos sancta senectus
Offendit, cupiunt properos abscondere canos,

Et nigrum crinem fuco simulare dolofo.

His prodest acri contrita cupressus aceto,

Vel frons lentisci, vel tristia poma sabuci,

Lumbrici quoq; terrestres miscentur oliuo,

Et inuenem præstant rediuiuo flore capillum.

SAMONICVS.

3

Præterea niueum poterit depellere crinem,

Rhesina ex facili cera viscoq; coacta. *

Ad rutilam speciem nigros flauescere crines,

Vngento cineris prædixit Tullius author.

Si prægnans artus captiui soricis edit,

Dicuntur fetus nigrantia lumina fingi.

SCHOLIA.

* Rhesina cum aspiratione scribendū, mihi quidem
nō improprie videtur. Nam Grecis est ῥήσινα, unde
apud latinos nomē ipsum deductū videri potest.

Ac proinde & author hoc loco, & Martialis lib. 3.
tam primam quam penultimā eius vocis producit,

græcam secuti originem. Quid faciem tingis? Nam
certē nō potes illos Rhesina, veneto nec resecare lu
to. Quāuis Iuuenalis dixerit, resinata iunētus. Quod

autē apud Græcos penultima quoq; producat, te-
statur versus ille apud Nicadrū in Alexipharmacis
κεῖ δ' ἀπὸ ῥήσινα τερεμνιδία πολλὰν πύκναι.

Phtiriasi arcende. Cap. V.

Noxia corporibus quedam de corpore nostro
Progenuit natura volens abrumpere somnos

Sensibus, & monitis vigilare incendere curas.

Sed quis nō pauet Pherocydis fata tragædi, *

Qui nimio sudore fluens animalia tetra

Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerunt.

Sylla quoq; infelix tali languore peresus

Corruit, & fædo se vidit ab agmine vinci.

Sapius ergo decet mordax haurire sinapi,

De Sylla
hoc quædam
modū pedi-
culari mor-
bo quæ Græ-

el qd epi
ain appel
lat) intere
rit, habes
reter alie
o pucos
infu Pli
niu) ut
cap. 44

Vel nitro, ac sale permixtis acidoz liquore
Laxatis (vt sint simul allia) tangere corpus,
Aut lachrymis hedere, aut succo perducere cedri.
Quinetiam furfur misto medicatur aceto.
Vnde maris lendes capiti deducit iniquas.
Et quicquid crebri defendit sylvia capilli.

SCHOLIA.

Tragedum dicit Pherecyden, non qui esset, sed qui
exitu habuerit penè tragicu, utpote pediculoru mor
bo absumptus, id quod prater anthorem testatur &
Laertius & Suidas. Plinius tamen scribit illu expi
rasse serpentu copia e corpore eius erumpete. Vide
Plinium ipsum lib. 7. cap. 51.

Prurigini, papulis, & scabiei arcendis. Cap. VI.

Lotus sudor, vel copia nobilis esce
Sape graui scabie correptos asperat artus.
Ergo lutum prodest membris adhibere fricatis,

Ex affino
corporis, fi
gurate dis
ctu, pro ex
corpore asi
ni p Hypal
lagen.

Quod facit ex affino siccatus corporis humor.
Nec pudeat tractare finum, quem bucula fudit.
Stercoris ex porco cinerem confundito lymphis,
Sic panidum corpus dextra parcente foueto.
Proderit ex oleo puluis, quem congerit altè
Dulcibus ex latebris patiens formica laborum.
Conuenit hinc tepido lita tradere corpora soli.

Alias pruri
entes.

Feruentes papulas oleo curato liquenti,
Aut acido Baccho miscbis farra lupini,
Atq; hinc in calido percurres membra lauacro.
Pruritus autem falsos leuat humor aceti,

Pruritus fal
sos, intelli
ge eos pru

Sine maris rabidi sudor, cochleazq; minute,
Quarum contactu perimetur acerba libido.

ritis qui ex
phlegmate,
salfo pro
ueniunt.

Phrenesi, & capiti purgando. Cap. VII.

Ex vitio cerebri Phrenesis furiosa mouetur,
Amiffisq; refert frendens amentia vires,
Sine calens febris iactatos exedit artus,
Sine meri gustus, seu frigoris efficit aura,
Conuenit hic calidis pecudum pulmonibus aptè
Tempora languentis medica redimire corona.
Illotis etiam lanis suffire memento.
Ceritum sepe horrendi medicantur odores,
Atq; ideo sanos etiam curarier est par.
Purgatur cerebrum mansa radice pyrethri,
Vngitur & succis, dederit quos parua sabucus,
Expressisq; hedera mandatur naribus humor,
Aut mistum rutæ in cerebrum stillatur acetum.
Non semper presens dolor est sanabilis egro,
Cura magis prodest venturis obuia morbis.

Dicitur &
sambucus.

SCHOLIA.

A pud Iuuenalem & Martialem phrenesis legitur,
penul. pro. quasi ita apud grecos scripta ea vox ha
beatur pgeivnois, cum tamen grecis rectius sit pge
vitis. Vnde & Her. Barbarus vocem illam corruptè
cum scribi tum legi apud dictos poetas suspicatur.

Cura magis prodest &c.

sic Persius. Venienti occurrite morbo. In quam etiã
sententiam ita apud Onidium legitur. Principiis
obsta, sero medicina paratur, Dum mala per

longas innaluere moras.

De fluore capillorum, & maculis
capitis tollendis. Cap. VII.

Desinit ex pulsus morbo latitante capillus,
Si raro lauitur, seu vis epota veneni,
Si raris potes, nullisq; obnoxia flammis,
Eximium capitis tactu detecit honorem.

Nonnunq; variant maculae, paruisq; parumper
Orbibus aspersum ducit nona vulnera tempus,
Viperae pellis cinerem his apponito rebus,
Roboreasve pilas vsino iungito feno,
Vel testudineo mala premulceto cruore.

Humoribus, & perfrictionibus me-
dendis. Cap. IX.

Aepe ita peruadit vis frigoris, ac tenet artus,
SvT vice quaesito medicamine pulsa recedat.

Si ranam ex oleo decoxeris, abijce carnem,
Membra foue, parili sanat ratione rigorem
Vrtice semen, perceptaq; frigora vincit.
Et cernina potest mulcere medulla rigorem.
Decoctum raphani semen cum melle vorabis,
Sive fel vsinum tepesacta dilue lymphae.
Proderit hoc potus, seu cassis ostrea testis

Vsta dabit cinerem, qui pro sale sumptus in escis
Deducit gelidum tepesacto vertice virus.

Nonnullus liquidum sumit mulsimq; sinapi,
Atq; palato agitat pariter retinensq; vomensq; *
Allia nonnulli mandunt, olei ve liquore

De humo-
ribus & per
frictionib9,
id est de hu-
morib9 per
frictis, hoc
est congelas-
tis frigoris
vi.

Ostrea for-
minimo ge-
nere dixit,
quo etiã ge-
nere nome-
ipsum vsur-
patu est, cu-
ab Au. Gel.
lio, tum a
Macro.

Perfundunt calido cerebrum nasique latebras.
Quidam lactuca credunt prodesse sapes.
Curandi modus hic & suavis & utilis idem est.

SCHOLIA.

Atque palato agitat, id est, γαργαρίζω, gargariz-
at γαργαρίζωσιν dixit palato agitat, vel γιμνασι-
δουσικός.

Elephantiasi propellende. Cap. X.

Est elephas morbus tristi quoq; nomine dirus,
Non solum turpas infandis ora papillis,
Sed cito precipitans funesto fata veneno.
Huic erit aduersus cedri de cortice succus,
Mustellaeq; cinis, vel fusus sanguis ab illa.
Nonnulli dixerunt serum prodesse bibendo.
Mentastri folium potu appositumq; salubre est.
Nec frustra bulbos & sulphura iungis aceto.
Praeterea nitrum debes cum melle ingatum
Spargere lacte bonis, varias sic vngere frontes.
Cerusam & chartam (quam gens Aegyptia mittit)
Thura simul miscetq; oleum, quod flore rosarum
Conditum est, sine sic faciem, sic redde salutem.

SCHOLIA.

Hoc genus morbi ita appellatū est à similitudine
cutis elephantorum, videlicet quod qui eo vitio la-
borant, cutem habent similem elephantorum cuti.
Vulgus medicorum lepram vocat, cum tamen lepra
aliud sit corporis vitium ab elephantiasi, sive elephā-
te, sive elephantia, quo modo Celfo dicitur.

Cutis, & faciei vitijs, & impetigini
propellendis. Cap. XI.

INuida si maculet faciem lentigo decoram,
Nec prodesse valent natura dona benigne,
Eruca atq; acidum laticem simul illine malis.

Proderit & bulbus mellis dulcedine victus,

Crudave dulcacido misceris rapa liquori.

Sanguine vel leporis morbus delabitur oris.

Frons salicis cum flore suo contrita medetur.

Sepiola cineres ex ossibus omnia tollunt,

Cygnos adipos hilari misceto Lyæo,

Omne malum properè maculoso ex ore fugabis.

Horrebit si liuor atrox, aut nigra cicatrix,

Attrito sapone genas purgare memento,

Rugarum sulcos lentisci mastiche tendens.

Si verò vitium est quod ducit ab impete nomen,

Hoc matutina poteris cohibere salina,

Sen folio platani, quod mansum mane vorabis.

Fœda fluunt curui quæ purgamenta cameli,

Urentur, cineremq; dabunt, iungentur aceto

Mascula thura simul, diuinâq; cura valebit.

Aurium vitijs succurrendis. Cap. XII.

Cum sanus teneras dolor altè sauciat aures,
Fraxinea in flâmis fundit (quæ talea) succû,

Instillas, siue obscænos ex virgine rores,

Aut succum ex folio, dederit quem populus alba,

Sæpe chelidonia rapidum sociatur acetum,

Adiunctoq; nitro procedit cura salubris.

Dulcaciû
compositû
nomen ab
auctore vi-
detur ex dul-
ci& acido.

Sapone, id
est simegma
te. Saponis
inuentû ha-
bes apud Pli-
lib. 8. ca. 12.

Mentastri liquor expressus conducere fertur,
Infectum violis oleum bene consulit auri.

Annosa rubros si legeris arbore vermes,

Ex oleo tere, sic tepidos infunde dolenti.

Si verò obtusa sensus remoretur in aure,

Lumbricos terræ, seu nûmq; ex anseris rauco

Excoque, sic veterem poteris depellere morbum.

Felq; bouis surdis etiam prodesse loquuntur,

Si iungas olida graue quod minxere capelle.

Si verò incautas animal penetrauerit aures,

Proderit admisto pavidæ fel muris aceto.

At si lymphæ nocens peruaserit, Anseris aptus

Immittetur adeps cepearum non sine succo,

Qui grauis est oculis, sensum tamen auribus auget.

Vis & Phœbigenæ diuinam discere curam

Sitq; vel annosis confecta doloribus aures,

Allia tum septem numero, septemq; lupinos

Punicea dabis in testa, tum delphica frons his

Addatur, misto totum feruescat aceto,

Doctus eris tepidos illinc immittere rores.

SCHOLIA.

Vis & Phœbigena. Circen Deam audis hic descri-
bi, cuius in herbis maxima fuit potentia. Vnde & ab
Homero libro decimo Odysseæ, herbarum perita de-
cantatur. Ideo autem Phœbigenam, hoc est, Solis fi-
liam, appellatam opinor, quod sol herbas maturet,
eisq; potentiam & vires influat suo calore.

Oculorum dolori mitigando. Cap. XIII.

Summa boni est alacres homini cōtingere visus,
Quos quasi custodes, defensoresque pericli

Prospiciens summa natura locauit in arce,

Sic tamen vt nullos paterentur desuper ictus,

Atq; supercilio pauidi reteguntur opaco.

Sed dolor immeritum lumen si forte laceffit,

Lana madens oleo noctu connectitur apte,

Viuentisve nepa lumen gestatur amicum.

Ex folio caulis cineres, confractaq; thura

Et laticem Bacchi fœdæ cum lacte capellæ

Desuper induces, atq; vna nocte probabis.

Hyblei mellis succi cum felle caprino

Subueniunt oculis dira caligine pressis.

Vettonica mansus siccabit lumina succus.

Si tenebras oculis obducit pigra senectus,

Expressæ marathro guttæ cum melle liquenti

Detergere malum poterunt, vel vulturis atris

Fella, chelidoniæ fuerint quæ gramina mista.

Hæc etiam annosis poterunt succurrere morbis.

Fel quoq; de gallo mollitum simplice lymphæ

Exacuit pueros dempta caligine visus.

Vina Chelidoniæ parili ratione ingantur

Efficiuntq; suo præclaros vnguine visus.

Aspera quinetiam mulcent & rupta reducunt.

Si genus est morbi, miserum quod lumen adurit,

Hic calor infuso mitescit lacte canino.

Anguibus ereptos adipēs æruginē misce,

hæc herba
minius ita
scari tra-
it, q; Ve-
nes in Hi-
ania eam
uenisse
edantur.
Diosco-
ta à beto-
ca, quæ
lgo dicit,
scribitur
τρωβιζή
iפו dicta
verbo xi-
op.

Hi poterunt ruptas oculorum iungere partes.

Si vero horrendum ducent glaucomata peplum

Spiritus alterius prodest, qui grana cumini

Pallentis mandens visus exhalat in ipsos.

Si tumor insolitus tufis, & glisfeit * in annis,

Turgentes oculos vili circumline cœno.

Dentium vitio, & oris factori me-
dendo. Cap. XIII.

Haud facile est acrem dentis tolerare dolorē,
Quo magis est equū medicā pernoscere curā.

Cum Baccho violas decoxeris, ore teneto.

Mansus item prodest succis oleaster acerbis,

Hinc oscedo fugit, lingua quoq; vulnera cedunt.

Cum vino piper & nitro tepidum inde dolenti.

Sæpe chelidoniæ succo vel lacte capellæ

Sanescunt dentes, aut tauri felle inuantur.

Aut acidi latices clauso voluuntur in ore.

Manditur apta rubus gingiuis, & bona labris.

Lentiscus myrtusq; emendant oris odorem.

Quod vero assumpsit nomen de dente fricando,

Cervino ex cornu cinis est, aut vngula porcæ

Torrida, vel cinis ex ouis, sed non sine vino,

Muricis aut tosti, vel bulbi extincta fauilla.

Ambitiosa putas, sunt ista salubria cunctis.

Exesos autem dentes si forte queraris,

Vre finum muris, patulis & hiantibus adde.

Vel cinerem dentis cervini extinguere aceto

Conuenit, atq; canis immitere partibus apte,

* Forte in
annis.

Oscedo oris
grauelentiā
hoc loco si-
gnificat. A-
lias p oris
vitio accipi-
tur, qd & o-
scitatio dic-
tur. vide A-
lū Gel. lib-
4. cap. 20.

De dēte fric-
cādo. vnde
latīnis dēt-
frictū dicit
græcis δ'δ'οι
τρώβιζή
dictū est.

Patulis &
hiatibus, sub
audi dētibus

Prodest & puluis lumbriçi corpore tosto
 Ora ambusta cibo sanabis lacte canino.
 Sæpe etiam gelida ginginas collue lymphæ,
 Dentibus vt firmum possis seruare vigorem.
 Si verò infandum proserpit ad intima vulnus,
 Permyceto salem parili cum pondere thuris,
 Hinc tractato locum, miram experiere medelam.
 Hæc siccata dabit molles, & fracta farinas,
 Huius & attritu tetrum mulcebitur vlcus.

Vna, fancibus, collo, & quæ mollienda sunt,
 medendis. Cap. XV.

A Egrescunt tenera fauces, cum frigoris attri-
 tis subijct, vel cum ventis agitabilis aer
 Vertitur, atq; ipsas flatus granis inficit vndis,
 Vel rabidus clamor fracto cum forte sonore
 Planum radit iter, sic est Hortensius olim
 Absumptus, causis etenim confectus agendis
 Obtinuit, cum vox domino viuente periret,
 Et nondum extincti moreretur lingua disertæ.

Ergo omni studio quæres inhibere dolorem.
 Simplicibus lymphis confunditur aerem mel,
 Additur excussus niuea similagine furfur:
 Decocta hæc clauso simul exercentur in ore.
 Præterea fauces extrinsecus vngere prodest
 Ursino & tauri seuo, cerisq; remissis,
 Omnia quæ geminis æquabis lancibus antè.
 Disce etiam miram ex humili medicamine curam.

Aetiaco melli iungas agreste papauer,

Decoctumq; simul mandes, mansumq; vorabis.
 Criniti porri radices quinq; coquantur,
 Hinc aqua non feruens voluatur fauce sonora,
 Nec tamen in stomachum descendat gutta patentè.
 Si verò adfluctam langor deiecerit vnam,
 Tunc horas aliquot pronus recubare memento;
 Aut illam puluis tosti releuabit anethi,
 Aut cinis ex cochlea, vel torrida brassica flammis.
 Anginam verò mistum sale poscit acetum, *
 Quod refert clauso versatum agitare palato.

SCHOLIA.

* Aliter hic versus legitur, nèpe hoc modo, Verù
 angina sibi mistum sale poscit acetum. Alioqui κατὰ
 ὑπάρχοντα ἄνω ὄργανον ordinem immutes necesse est.

De rigore cernicis. Cap. XVI.

A T si cernices, duratq; colla rigebunt,
 Mira loquar, geminus mulcebitur vnguine
 Hinc loquar pariter nervos medicina sequitur. (poples,
 Anseris aut pingui torpentia colla fouebis.
 Illinitur valido multum lens cocta in aceto,
 Aut capræ fimus, & bulbi, aut cernina medulla.
 Hoc etiam immotos flectes medicamine nervos.
 Quos autem vocitant tolles, attingere dextra
 Debebis, qua gryllus erat pressante peremptus.

Tussi, & cholera medendis. Cap. XVII.

N Oxia si penitus cholera seuire venena
 Perspicias, cocta lactucæ fronde leuabis.
 Proderit & caules assumere sæpe madentes.

Cholerū g
 nitiosus est
 pluralis χ
 λερω γ
 ca flexion
 cuius nota
 tus est χ

Hæc, subau
 di medela,
 id est com
 misto.

Teneras
 ideo fauces
 dicit q; par
 riu ferre, ac
 pati possint

æ Aerem
 imel. Sic Vir.
 lib. 4. Geor.
 Hæten⁹ æ
 rei mellis
 coelestia do
 na. vide Pl.
 lib. 11. c. 12.
 Remissis,
 id est, lique
 factis.

Aetiaco, id
 est, attico.

Q. SERENVS

Αἰφα, & ἰφε
numer⁹ plu
ralis. Dicit
tamē & χ⁹
Αἰφα nume
rō singulari,
& plurali.
Itē χαλκῆραι
Quod nam
autem vit
genus sit, vi
de Cellum.

Interdum fauces tussi quatiuntur atroci,
Allia tum sumes decocta, & melle peruncta;
Semina vel rhabhani permisto dulcia melle.
Aut si fraxinea semen de fronde reuellis,
Interiora vora vetitus contingere dente.

Quum menē teres domitum fermentibus vndis,
Marrubiūve potens, hæc faucibus optima sumes,
Frenabisq; gravem facili medicamine tussim.

Digestioni, & stomacho medendo. Cap. XVIII.

Q Vi stomachum regem totius coporis esse
Contendunt, vera niti ratione videntur.

Huius enim validus firma tenor oia mē-
At cōtra eiusdem franguntur cuncta dolore. (bra.
Quin etiam (nisi cura inuat) vitiare cerebrum
Fertur, & integros illinc auertere sensus.
Lactuce semen nigra quod lignea pila
Trinerit, admisto ieiunus sumito melle,
Sed cochlear trino gustu tibi sufficit vnum,
Aut tritum semen rhabhani, nullūmq; innabit,
Sive duæ partes absinthi, & tertia ruta
Decoctis potantur aquis, siliquæq; madentes,
Semina vel marathri foete cum lacte capellæ.
Pulegium quoq; decoctum curabit amice,
Et potu, & foetu stomacho conducit acetum,
Sen cochleas vndis calafactas ac prope vitæ
Suppositis torre prunis, vinōq; garōq;
Perfusas cape, sed prodest magis esse marinas.
At male digestis si crapula seniat escis,

SAMONICVS

Ex pipere, & calida florem de rore marino
Ebibe, seu salibus piper adde & tenue cuminum;
Que coctis tinges epulis, & rapta vorabis.
Aut cubitum pergens succum cape tristis anethi.
Ventriculus mergi raptus, sal tritus & vltus
Pane super tosto, piperis quoq; puluere multo
Miscentur, capies diuinum munus in istis.
Proderit hoc stomacho, dictas & concoquet escas,
Grana peregrini piperis diffindito quinq;
Niliaco melli, que mane inserta capesses.
Felli, vomitui, vel phtisi ar-
cendis. Cap. XIX.

Dictas, hoc
est paulo sit
peri⁹ expo-
sitas & in-
dicatas.

L Vtea si crescut, & cunctis noxia fella,
Allia parua noue & piperis tot permole gra-
Que cyatho diluta gari mandesq; bibesq; (na
Hæc iterum septena capis, post deniq; quina.
Præterea caules frondet si parua sabucus,
Decoctos sale permisces, ac iungis oliuum,
Tunc capis, ac tali auxilio fella horrida purgas.
Profunt & pelagi latices, quos pondere iusto
Dulcibus associas lymphis, melliq; liquenti,
Et niuens prodest ex vberè succus aselle,
Si tepido vino infundas, ac mella piperq;
At vomitum radix narcissi pota movebit.
Si vero phtisis annofo sedet improba morbo,
Intritas vino cochleas hausisse innabit,
Proderit & veteris seni pila sumpta suilli.
Carne asine seuq; capræ medicina salubris.

Iusto, hoc
est aqualis

Pila pro pi-
hula hoc lo-
co ponitur,
qd grecis di-
citur κακῶν
ω 87107.

Q. SERENVS

Mammis sanandis vel strin-
gendis. Cap. XX.

Vbera fecundo multum lactantia succo
Sæpe sibi noxæ nimium manando fuerunt:

Fere inquit valida duri reprimuntur aceti.

Post partum tumidas iniuste assurgera mammas
Interdum aspicias, harum mala commemoratur
Murinus simus ex pluuio sedare liquore.

Sin autem clausus penitus dolor angit acerbus,

Lumbricis terræ turgentes iunge corymbos.

Sin castigatas studium est præstare papillas,

Ex hedera fertis ambas redimire memento

Protinus, & raptas fumis mandare coronas,

Anseris aut senum pariter cum lacte tepente,

Aut ouum in luto tulerit quod garrula perdix.

Præterea pluuio decocta papanera rore

Herbunt multis post dissoluenda diebus,

Vis & phœbigenæ cœlestia sumere dona,

Ubera cum tetris laniata doloribus horrent,

Nanis rametum, & quæ nomine passion herba est,

Et quæ vulgari sermone insana vocatur,

Græcus hyosyamoni propria scit dicere lingua,

Nec non & calami radix, lapathiq; legumen

Mista dabunt miras (experto crede) medelas.

Reiectioni cibi, aut sanguinis re-
stringende. Cap. XXI.

SI stomachus nondum decoctas expuit escas,
Sed magis atq; magis vitiū reuomēdo valescit,

SAMOMICVS

10

Allia cademus, crebrūmq; trahemus odorem.

Sin etiam rutilus confertur pectore sanguis,

Sorbitio mente, raphanus vel cocta inhabit.

Sæpe lapis teritur (specularem nomine dicunt)

Et mistis hauritur aquis, sistitq; cruorem.

Uritur interdum raptus de subere cortex,

Et cinis ex calido prodest epota hyeo,

Quorum cinis, aut cochlearum, aut deniq; melis,

Aut mansus salicum fructus prodesse putatur,

Aut platani pilulas acri infundemus aceto,

Nullus erit sanguis, quem non cibus iste moretur.

Iecoris, & lateris vitijs meden-
dis. Cap. XXII.

SI molles iecoris fibras dolor hauriet acer,

Protinus ex mulla potada eleisphacus herba

Sumitur & semē, quod fraxinus alta profudit, (est.

Vulturis atq; iecur vel ius perdicis apricæ.

Præterea simili drachma pix dura pipérq;

Franguntur, sic in mollito puluere iuncta

Egelidis miscentur aquis, recreantq; bibentem.

Absinthi quoq; decocti potabitur humor,

Si latus immeritum morbo tentatur acuto,

Accensum tinges lapidem stridentibus vndis,

Hinc bibis, aut aceris radicem tundis, & vnâ

Cum vino capis, hoc præsens medicamen habetur.

Quid referam multis composita Philonia rebus?

Quid loquar antidotum varijs? quis ista requirit?

At nos pauperibus præcepta feramus amica.

b. ij.

Cinis formi-
nio genes
re pferit, nō
absq; Prisco
rū, tū poeta
rū, tū orato
rū, exēplo-
Author No-
nius Marc-
apud quem
hicyesius et
tatur. Cū itā
fulua cinis
fueris &c.
i. a. a. a. a. a.
xos, q̄ dicit
herba græ-
cis, apud las-
tinos saluta
dicitur.

Philōca ara
bitror legē
dum, à Phi-
lone medi-

Alpa,
nume-
ralis.
tamē
Alpa i
osling
& plu-
itē xq
Quod
autem
genus
de Cel

Alpa
nume
ralis
tamē
Alpa
offing
& plu
stē x
Quoc
auter
genus
de Ce

co, de quo
Celsus l. 6.
cap. 6. Cui
meminit &
Galen⁹ non
semel. Ergo
cōpōta phi
lenia, id est
compositio
nes & vas
rijs reb⁹ cus
iustmediPhi
lon confice
re cōsueue
rat, vt tamē
ab vno hic
omnes me
dicos intel
ligam⁹, qui
circa medi
cinari cōpō
sitiones oc
cupari fue
runt, & de
his copiose
scriperūt.

Nec non & iecoris queretur fibra lupini.
Iungenturq; simul costum, foliūmq; pipērq;
Que diluta mero dantur potanda Lyeo.
Est & vis morbi, quod telum commemoratur,
Cum subito dolor insanus furit incitus ictu,
Perjicon huic potum è nucce traditur interiore,
Que mihi cura satis casu monstrante probata est.

Spleni curando. Cap. XXIII.

Quando Lien tumido circumligat ilia vincolo,
Et pleni splenis demonstrat membra rigorem,
Mollibus ex hedera tornantur pocula li
Hinc trahis assuetos æger quoscūq; liquores, (gnis)
Aut viridis coctorum holerum potabitur vnda.
Proderit exueto fluminalis hirudo cruore,
Sine myrica potens, seu ros cum pane marinus,
Aut hedera succus potu appositūq; iuuabit.
Necnon intactam ferro quam videris alium,
Huic liber eripitur ferro sine, decoquiturq;
Donec victarum pars tertia subsit aquarum.
Hinc medico potu pulsus dolor omnis abibit.
Nonnulli memorant consumi posse lienem,
Ernum si semper ieiuno sumperit ore.
Arida ficus item fermentente domatur aceto,
Et trita illinitur, vel splen apponitur hædi.
Marrubium in vino potu prodesse loquuntur,
Præterea piper, ac nepitæ cum flore & anethum,
Capparis atq; apium, buglossaq; iungitur vnâ

Pulegium, abrotanum nitida cum mastiche coctum.
Ac thymbræ speciem (quam cōmemorat cephaloton)
Prædixit spleni deus idem posse mæderi.
Dulcia Plantus ait, grandi minus apta lieni.
Splen tumidus nocet, & risum tamen addit ineptum
Ut mihi sardois videatur proximus herbis,
Irrita que miseris permiscet gaudia fati.
Dicitur exectus faciles auferre cachinnos,
Perpetuōq; æuo frontem præstare severam.

Præcordijs sanandis. Cap. XXIII.

Languida si duro turgent præcordia morbo,
Miscetur mulse farris sextarius vnus,
Necnon & lini tusum, siliquæq; legumen.
Hæc decocta simul, nondūmq; tepentia nectis.
Aut que poma Cydon Cretæis misit ab oris,
Cocta lines, durum vt possis mollire tumorem.
Ozima præterea, bulbive linuntur amari.
Proderit & lymphis corpus mersare marinis.
Quin etiam catulum lactantem apponere membris
Conuenit, omne malum trāscurrere fertur in illum.
Cui tamen extincto munus debetur humani,
Humanos quoq; contactus mala tanta sequuntur,
Et inunctus vitium ducit de coninge coniunx.
Quod superest thridaci iunges ramenta carine,
Quodq; decem ex rebus feci simul atq; vocatur,
Masticbis addentur fracte iam milia farra,
Talibus auxilijs præcordia tuta resident.

Cum masti
che legēdū,
nō cū masti
ce, quanq
mastiche vl
timā pdu
ctā habeat.
Nam grecis
est *μαστιχον*.
Eam tamē
contra natu
rā corripit
author, me
trinecessita
te adactus.

Mulsa, subs
auti aquæ,
estq; id ges
nus potiois
qđ ex melle
& aqua cōfi
ctur. Vulg⁹
medonē ap
pellat, gras
cis dicitur
δρυσικαι.
Quidā ocē
mū & fert
bendū & le
gendū cen
sēt. Alij oz
mum *αζω*
ω δρυσ,
hoc est, ab
olendo. Et
eādem her
bā nonnulli
hodie basili
con appel
lant.

Author vs
des mastic
p mastiche

Alpe
num
alis
tamē
Alpe
ofini
& pl
itē x
Quo
autē
genū
de C

in hoc lib.
vbique pos
fuisse vulg
more, les
gendū alios
qui masti
ches hoc loc
to fuerit.

Q. SERENVS

Lumbis & renibus sanan-
dis. Cap. XXV.

Cum sanit penitis herens iniuria lumbis,
Igne lapis candens datur exultatibus vndis,
Hoc poteris potu tristem superare dolorem,
Aut pice cum melli nitrum sulphurq; & acetum
Succida lana rapit contacta calentibus iisdem,
Proderit hanc agris crebro perducere membris.
Aut caput asparagi cum vino sume vetusto,
Seu manis, appone: modus conducit vterq;
Aut adipe mistum lumbis inducito sulphur,
Sape chelidonium cum succo Palladis addes,
Farrag; quæ tremulis profunt sudantia flammis.
Fertur amygdalinæ succus nucis esse bibendus,
Pincitur, ac tepidis sorbebitur addita lymphis.
Aut tres ex vino cochleas feruescere coges,
Cunq; suis domibus franges, piperis quoq; grana
Ter quinq; adicias, potiq; iuuaberis illo.
Furfur item parca fuerit cum feruidus vnda,
Post oleo madidus, succis immittitur aptis,
Quæ vix passuris vrentes addito membris.
Prodest cervinæ vehemens natura medulle,
Nec nocuit ciceris cocti potasse liquorem:
Aut mistam teneris maluanam contundito porris,
Contritumq; simul cum mastiche cōser anethum;
Quodq; decem rebus componi ex nomine clarū est.
His continge locum, Deus hæc mihi certa probauit.

Ventris dolori mitigando. Cap. XXVI.

Si dolor insanus tota desinit in aluo,
Heminis tribus in lymphâ, tu decoque tritum,
In vino prius hyssopum, validam quoq; rutam,
Aut apium, donec pars duplex desit aquarum.
Potus erit medicus non detractante palata
Præterea niuei sterilis testa vritur oui,
Quæ postq; in tetram fuerit conuersa farinam,
Ex calidis potatur aquis, & pota medetur.
Nec non iungenda est vtero nona virga myrice,
Illesa hæc ferro terraq; intacta teratur.
Aut medio ventris prodest aspergere terram,
Quam signauerunt vestigia pressa rotarum.
Proderit & puluis facili sub cardine raptus.
Quin etiam ex lymphis tritum potare cuminum
Conueniet, quod iam nobis documenta probarunt.
Méta quoq; hoc pacto medicos dabit hausta sapes.
Cœliacos autem recreabis pane salubri,
Quem madido farre efficies, ac mollibus ouis,
Quorum testa fero prius emollescat aceto.
Refert & teretes bulbos mollire terendo,
Cunq; his lenæi durum potare fluentum.

Hydropisi depellende. Cap. XXVII.

Corrupti iecoris vitio vel splenis acerbus
Crescit hydrops, aut cū siccata febre medulle
Atq; auidæ fauces gelidum traxere liquorem,
Tum lymphâ interius vitio gliscente tumescit,
Secernens miseram proprio de viscere pellem.

Vide Pl. II.
24. capit. 9.
vbi de myri
ca loquitur
Quia (in
quit) grauis
in medicis
na author
virgâ ex ea
de fractâ,
vt neq; ter
râ neq; fer
râ attinge
ret, sedare
ventris dor
lorē: steues
rauit impo
sitam.
Idē Pl. lib.
29. ca. 3. de
ouis, mace
ratis (inqt)
cū farina in
pane subas
ctis cœliaci
recreantur.

Alex.
num.
calis.
tamē
Alex.
oslin.
& pl.
stē x.
Quo
autē
genū
de C.

Conueniet tenera radix decocta sabuci,
In geminis calidi cyathis potanda Lyxi,
Nec non & tepidis conuolnere corpus arenis.
Helleboro quoq; purgatur lymphaticus error,
Sepe sed adiuncto pelluntur noxia Baccho.
Elysiacū anialidum friso sale miscet acetum,
Atq; olei succo refricans albentia membra.
Fraxineum semen cum Bacchi rore bibendum est,

Nec non apposito curantur dropace membra,
Aut calido salicis radicem molliit Iaccho,

Unguine quo frangit vires languoris aquosi.

Ventri molliendo. Cap. XXVIII.

Sepe cibi * Specie, vitio vel corporis ipso,
Potibus aut duris restricta morabitur aluus.

Vincetur talis mora, gramine Mercuriali,
Cuius aquam cocti minimo cum melle bibemus.

Prunāq; conueniunt, quæ mittit clara Damascus.

Multos præterea medici componere succos

Assuerunt, pretiosa tamen cum veneris emptum,

Falleris, frustra q; immensa numismata fundes,

Quin age, & in tenui certam cognosce salutem.

Aut igitur tectum lana supponis alumen,

Aut edis in patinis tenera decocta sabuci,

Vel cum lacte capræ salsum mulsūq; capeffes.

Crede tamen potum meliorem lactis equini,

Dicitur hic validos asina peruincere succos.

Syluestris fici lachrymam prodesse loquuntur.

Quodq; satis melius verbis dicemus Florati

De dropace
Gal. nus li.
6. de bona
valetudine:
Vnguētū (in
quit) genus
est, quod à
græcis hodie
δρῶπαξ δι
κίς, vipote
qđ & distri
buēdo ī cor
pus alimen
to & nutri
tioni cōdu
cit.
* Specie, id
est qualita
te.

Tectum la
na. Tale vi
del indica
re, imō de
scribere me
dela gen⁹,
quale est,
quod græci
βάκκρον
vocant, no
stri glandē,
medicorum
vulgus sup
positū.

Mugilis, & viles pellent obstantia conche.

Sed cochleas prius est vrtica aut fursure pasci,
Purior hinc gustus noxa sine mouerit aluum.

Sepe thalassomeli iunctum cumulanimus hymbri,
Hæc purgant, parili fuerint si pondere mista.

Solutioni ventris, & dysenteria con
pescende. Cap. XXIX.

TAm varij casus mortalia secla fatigant,
Vt sint diuersis obnoxia corpora morbis,

Sepe etenim nimio cursu fluit impetus alui,
Frenat commisto cum feruet brassica vino,

Aut cerasi victum longo iam tempore pomum,
Succus aminææ vitis cum pane medetur,

Vel bene permistum calida potatur acetum,
Vile quidem facili facto, tamen vtile opinor.

Si ledunt medica data purgatoria dextra,
Adiecto piperis medicatur puluere calda.

Sin autem longo decurrent intima fluxu,
Atq; immane malum multo iam tempore gliscit,

Torridus ex vino cortex potabitur oui.
Ramentum niuei credunt prodesse elephantis.

Arbore pyramea cortex direpta coquetur
Axe sub æthereo, sic nigro mista lyco

Immensum poterit potu retinere fluorem.
Numinis aut inssu cedrum cum mastiche misces,

Mollitāq; picem, & rasum de nauibus vnguem.
Languida quo fidens medicamine membra fovebis.

Proderit & pueris, quos dentis origo fatigat,

Pyramea
hoc est Py
rami. Hec
aut fuit mo
rus, sub qua
ille, dum
Thysben a
micā suā à
fera dilace
ratā credi
dit, sibi ipse

Alpe
num
ralis
tamē
Alpe
ofin
& pl
itē x
Quo
autē
genu
de C.

mortē eius
caussa cōsci
uit. Hinc ar
borē Pyra
meā nūc vo
cat. Fabulā
habes apud
Ouidiū, li 4
metam.

Castaneas coxisse nuces, & sorba vetusta.
Atq; apium, caulesq; rubus quos fundit acuta,
Potio quæ fluidam consumpta morabitur aluum.
Lumbricis & tineis purgandis.

Cap. XXX.

Quid non aduersum miseris mortalibus addit
Natura? interno cum viscere tinea serpens,
Et lubricis edax viuant inimica creati:
Quod genus assiduo laniat præcordia morsu.

Sæpe etiam scandens oppletis faucibus hæret,
Obsessasq; vias vitæ concludit anhele.
Ergo cinis cornu ceruini proderit haustus,

Vel nepetæ tritum ex vino cum lacte capellæ,
Nec non & succus medici potatur aceti.

Prodest præterea cum Baccho persica frondis, *
Democritus memorat mentæ conducere potum,
Sumitur abrotonum, necnon & vile melanthum,
Allia per sese sanant, aut ius coriandri.

Quin & marrubium decoctum haustumq; inuabit,
Pulegiumve potens, & agreste ingatur anethum,
Synthesis hæc prodest vnda mollita calenti.

Colo sedando. Cap. XXXI.

Cum colon inuisum morbi genus intima carpit,
Mande galeritâ volucrē quâ nomine dicunt,
Aut pauidi leporis madefacta coagula pota.
Sive apio nepetas tereti cum mastiche iungas,
Necnon & species ambas redolentis anethi,
Quarum decoctos patiens haurito liquores

Nepetæ tri
tū, id est ne
peta trita,
græca lēq̄n
di figura.
* Frondis
recto casu
dictū est, a
liās frons.
Nec hoc Ser
uius fieri
negat.

SCHOLIA.

* Colon hic pro morbi genere eius intestini, quod pro
prie colon appellatur, quemadmodū & à Plinio ac
cipitur lib. 26. ca. 1. & cum prima eius dictionis syl
laba naturaliter lōga sit, quippe quæ Græcis ita scri
bitur, κώλον, ab authore tamen ea corripitur, me
tri fortassis causa, vel quia id non animaduertit.

Vesicæ, & calculo purgando, & vrinæ pro
uocande. Cap. XXXII.

Si cui vesicæ tardus cunctabitur humor,
Hæc mora rumpetur vino peruieta vetusto.
Prodest ex parnis acinos potare sabucis,
Aut hedere succum, aut lachrymosi trita sinapis.
Necnon rhesinas ex oricia terebintho
In speciem erniliæ paruos glomerabis in orbes,
Quos ternos tepida mistos haussisse medela est.
Quondam etiam nimio præceps vrina fluento
Irrigat exunias, obscenoq; inficit hymbri,
Ergo cinis prodest hausto nepetæ quoq; succo
Ex vino muris tritus, vel lacte capellæ.

Tum leporis cerebrum ex vino potare decebit.
Si dolor internam vesicæ concoquit aluum,
Subueniet radix frondose epota cypressi,
Pulegiumve potens domitum feruentibus vndis.
Si vero in lapides densis conuertitur humor,
Qui retinet cursus, gemitumq; dolore frequentat,
Saxifragam seu fontigenam succurrere credunt. *
Præterea semen myrti syluestris Iaccho,

* Saxifra
gâ, quæ her
ba dicitur &
saxifragū,
viderur fon
tigenâ quos
que appella
re Serenus,
quod (vt Pl
ni. author
est li. 22. ca.
21.) eius na
tura est vni
brosas pe

Alpe
num
calis
tamē
Alpe
rofin
& pl
leē x
Quo
autei
genu
de C.

tas parie:
tūm q̄ asp:
gines, ac fō
tū maxie
spec⁹ sequi

Atq; oleo mistum bibitur, nec desit acetum,
Vināq; sumantur frieto, condita cumino,
Sive palumborum capitur finus acre ferorum,
Dulcacidis sparsum succis tritūq; solutum,
Nec non obscenus capræ potabitur humor,
Obtrant hic morbum, labefactaq; saxa remittit.

De conceptione & partu. Cap. XXXIII.

IRrita coniugij sterilis si munera languent,
Et sobolis spes est multos iam vana per annos,
Fœmineo fiat vitio res uecne silebo.

Hoc poterit quartus magni monstrare Lucreti.

Sed natura tamen medicamine victa potenti
Sæpe dedit fœtus studio curante paratos.

Aut igitur leporis consumit fœmina vuluam,
Aut ovis in stabulis fractas cum ruminat herbas,
Pendentem spumam molli deducit ab ore,
Atq; illam memini misto potare falerno.

Mercurialis item capitur communiter herba,
Sic cubitum noctu coniunx festinet uterq;
Atq; ubi iam certum spondet prægnatio fœtum,
Vt facili vigeat seruata puerpera partu,
Dictamnū bibitur, cochleæ manduntur edules,

Aut qui olim menses minus octo moratur in aluo,
Irrumpit thalamos, & nexus soluit inertes.

Pulegij quoq; purgari tunc conuenit hymbre,
Cuius opem veram casus mihi sæpe probarunt.

Quinetiam stercus supponunt vulturis atri,
Sentiat vt minime partus quam proximus vrget.

Sentiat, sub
audi fœmi:
na siue mu:
lier.

Ona etiam ruta & fragili miscentur anetho,
Quæ diluta simul vino, atq; exhausta medentur.

Profluuio cuiusq; sanguinis, & matrici
subuenienda. Cap. XXXIII.

SI modicus pleno manat de corpore sanguis,
Subuenit, at nimius cum vita funditur ipsa.
Quapropter multo naris completa cruore
Cum fluit, attritus cimex conducit odore.

Lana madefit oleo, sed nondum lauta rosato,
Hæc datur in nares: vel claudit densius aures.

Contritit prodest cochleis perducere frontem,
Aut galli cerebro, vel sanguine tinge columbe.

Quod nisi supprimitur sanguis, potādus & ipse est.
Præterea pharijs caput emetire papyris,
Detrahe quod superest, aliō genitalia neeste.

Fœmineas prodest illinc vincire mamillas,
Menstruus immenso si profluit impete sanguis,

Succida lana malos remoratur subdita cursus,
Mortua quinetiam producit corpora partu,

Sed quacūq; fluit vis immoderata cruoris,
Subereus cortex calidis potatur in vndis

Ante minutatim studio vincente terendus.
Pulegij calido purgatur fœmina potu,

Sed si forte cruor clausa cunctabitur aluo,
Aut molles nepitæ, aut ruta quacūq; bibentur.

Atsi puniceos fundit vesica liquores,
Marrubium ex passo tritum perfunditur vndis,

Hi poterunt haustus rutilum purgare colorem.

Subuēt, id
est auxilio
& prodest.

Lana nōdē
lauta, hæc
est quæ la:
na fuccida
dicitur.

Studio hoc
est opera
& industria
medici, præ
ter tenac
tate cortic:
qua ita vin
catur.

Reliquias partus eadem tibi detrahit herba.
 Quod si fœminei properabit sanguinis humber,
 Est qui frustra mole percussu decutit vno,
 Quorum aliquod lanis teetum ad p̄cordia neclit,
 Hec simul incantans fisti debere cruorem.
 Vt ap̄is ille via solitos iam destitit orbes.

Intersecâdis, que oculos impediunt. Cap. XXXV.

Mobilis hirsutas horret lascinia setas,
 Et gaudet raptò nudari rore pilorum,
 Sed bona nonnunq̄ vellendi causa videtur,
 Corpora cum releuat, ratio manifesta salutis.
 Nanq̄ oculos infesta pilorum tela laceffunt.
 Quodq̄ illis dederat vallum natura tuendis,
 Inde inimica seges validos deserit in orbes.
 Ergo locum criminis vulsi continge cruore,

Que dat anis, tremulis simulat que pellibus alas.*
 Præterea quasq̄ voles auertere setas,
 Atq̄ in perpetuum rediuiua occludere tela,
 Corporibus vulsis saniem perducito rane,
 Sed que parua situ est. & raucò garrula questu,
 Necnon & stagnis cessantibus exul irudo*
 Sumitur, & viuens samia torretur in aula.
 Hec acidis vngit permista liquoribus artus,
 Anulsamq̄ vetat rursus percrefcere sylvam.

Omnibus obscœnis medêdis. Cap. XXXVI.

Dicendû, & que sit mēbris medicina pudendis.
 Languidus antiquo purgatur penis Iaccho,
 Ac super illinitur fœcundæ felle capelle.

Mane nouo myrti frondes commandere prodest
 Cui dolet, atq̄ illas in vulnus despuat ipsum.
 Face etiam vini genitalia lauta leuantur,
 Et tumidos testes nereia lymphæ cohercet,
 Vel bulbi ex mulso, vel cera immista cypressso,
 Aut faba cum tepidis Bacchi decocta flæntis
 Ramicis immensum fertur cohibere tumorem
 Far madidum lymphæ, & serali fronde cypresssi:
 Vnde etiam potu frons hæc memoratur amica.
 Sin autem existit durum tibi glandibus inguen,
 Proderit induci cochleas cum melle minutas.
 Obscœnos si pone locos noua vulnera carpant,
 Horrentum mansa curantur fronde ruborum.
 Et si iam veteri succedit fistula morbo,
 Mustella cinere immisso purgabitur vlcus
 Sanguine cum ricini (quem bos gestauerit antè)
 Herba chelidonia fertur cum melle mederi,
 Herbâq̄ cum seuo folijs de mille vocata.

Ischiæ, & articulari morbo curando.

Cap. XXXVII.

Sepius occultus vieta coxendice morbus
 Perfurit, & gressus diro languore moratur.
 Populus alba dabit medicos de cortice potus,
 Necnon & teneræ gracili de fronde genistæ
 Arreptos caules, acidôq̄ liquore madentes
 Sumere conueniet rubiam quoq̄ ducere potu,
 Aut in aminæo cochleas haurire syeo.
 Si vero articulos tabes inimica per omnes

Hæserit, ex ficu betas ac melle ligabis,
 Vel pelagi latices simul & baccheia dona
 Sumere curabis, nimio sed parcito vino.
 Ennius ipse pater dum pocula siccat iniqua,
 Hoc vitio tales fertur mernisse dolores.

Furunculo medendo. Cap. XXXVIII.

Cum sanguis nimius puri commistus atroci
 Et stuat, & papulas alte sustollit acutas,
 Rhesinam misces & saxis ordia fracta,
 Consersa hæc tepidis apponere conuenit vndis.
 Vis & hyoscyamum cera senôq; ingatum
 Nectere, non minus hæc poterit medicina iuuare.
 Prætereaq; fimum ex gallo (quod legeris) albo,
 Hymbribus ex acidis fideus appone dolenti.
 Auribus aut pecudum molles expromito sordes,
 Vnguine quo fotis dabitur medicina papillis.

Carboni medendo. Cap. XXXIX.

Horrendus magis est, perimit qui corpora
 carbo,
 Vrit hic inclusus, vitalia rumpit acerbus
 Hunc veteres quondam varijs pepulere medelis.
 Tertia namq; Titi simul & centesima Lini
 Charta docet ferro talem candente dolorem
 Exactum, aut potò raporum semine pulsum,
 Infecti dicens vix septem posse diebus
 Vitam produci, tanta est violentia morbi.
 Dulcacidum laticemq; cumini semine iunge,
 Atq; fimum pariter * paphia compone columbe.

Paphia cor-
 lûbe, ait p-
 pter Venere
 sub cui⁹ tu-
 tela colûbe
 sunt, que &
 ipsa Paphia
 idcirco di-
 cta fuit, q
 in Papho
 oppido mi-
 noris Asiae
 fanû habue-
 rit olim cele-
 berrimum.
 Vide Pl. li.
 2. cap. 98.

Hinc line diruptas partes, & clausa venena.
 Præterea triti reserant & operta lupini.
 Nonnullus calcem viuam dissoluit aceto,
 Fumantemq; niuem papulis apponit acerbis.
 Est qui gallina perducatur stercore corpus,
 Allia vel piperi parçè commista linuntur
 Pythagora cognata leni condita cumino.
 Proderit & madida fermentum polline turgens.

Pano, vomica, & struma depel-
 lendis. Cap. XL.

Sunt alij quos dura mouet natura tumores
 Non minus horrendi, sed non ita perniciosi,
 Vomica qualis erit, vel eidem proxima quædam.
 Simplice rhesina miscebimus hordea tusa,
 Et mulsos amnes, & purgamenta columbe,
 His bene decoctis languentia membra fountur,
 Mollis odorato faba iungatur coriandro.
 Proderit appositum mollitq; aperitq; tumorem
 Aut de phalganio radix decocta palustri,
 Quæ salis admisto tundetur condimento.
 Proderit & mansum quod traxeris arbore viscum
 Gramen hyoscyami cera senôq; vetusto
 Concilia, mistisq; locos perduce dolentes.
 Exercere etiam corpus medicina potens est.
 Cum defundes in fictile, deinde putamen
 Marrubij succo implebis, post melle liquenti
 Omnia consociata tepenti prospera potu
 Sumuntur, reserantq; malum purgantq; leniantq;

Cognata id
 est familia-
 ria in cibo.
 Vide Laet-
 tiû in vita
 Pythagore.

Igni sacro medendo. Cap. XLI.

Est etiam morbi species, que dicitur ignis,
 Languida quo multo torrentur membra calore.
 Vel tu vicino seuum bouis igne remittes,
 Mollitumq; lines, vel oloris facibus oua,
 Sed non cocta dabis, sic torrida membra fouebis.
 Lumbricus terra misto inducetur aceto,
 Aut parili noua ruta modo, sed iungis oliuum
 Oudq; cum betis profunt sepe illita tritis.
 Allia dant cinerem sociato oleoq; garoq;
 Vngvine quo gliscens deponet flamma furorem.
 Sepe chelidonia pars candida iungitur oni,
 Que medico potu sed vili trita capesses,
 Admiscere memor lymphas annemq; falerni.

Podagra depellende.

Queda sunt rabida medicamina digna podagra,
 Cui ter tricenas species Epidaurius ipse
 Dixit inesse dens, requiem tamen indere
 Fas erit, & triste saltu malcere dolorem. (morbo)
 Ergo age, & arreptum salicis frondemq; librumq;
 Cum vino tere, sic contractos perline nervos.
 Aut cum prima mali sese ostentabit origo,
 Fernida non timidis tolera cauteria plantis,
 Seminecis ve hirci referato pectore calces
 In sere, sic dira reprimes primordia pestis.
 Aut si corruptus persederit altius humor,
 Trita cupressus ibi Baccho iungetur acerbo
 Panibus & teneris, cohibeatq; addita questus,

Epidaurius
 deo, hoc est
 Aesculapio

Hoc est pe-
 des podag-
 gri.

Parna sabucus item hircino collita seno,
 Triticeoq; acido manantes amne farine,
 Aut nitido rana decoctum viscus oliuo,
 Sine chelidonia succus sale mistus aceto.
 Sunt quibus apposita siccatur hirudine sanguis.
 Non audita mihi sit fas sed lecta referre,
 Hoc quidam raptus morbo per tempora messis
 Vicino plantas frumenti pressit acerno,
 Enasitq; grauem casu medicante dolorem.
 Vulneribus ferro aut verberibus
 factis. Cap. XLII.

Natura vitij medicas obiecinus artes,
 Nunc & fortunę iaculis obsistere par est.
 Si cui forte lapis teneros violauerit artus,
 Nec te adipos vetulos & tritam chamæcisson
 Nec pudeat luteæ stercus perducere porce.
 Sin autem seuo laceratum est verberare corpus,
 Tum lixina cinis ceras dissoluit & oua,
 Admistoq; oleo vibices comprimit atras.
 Si vero infrenus manat de vulnere sanguis,
 Purpura torretur conchylis perdita fuco,
 Huius & atra cinis currentem detinet vndam.
 Verruce quoq; deserte frenare cruorem
 Dicitur ambustus tyrio de vellere puluis,
 Præterea nimios referati vulneris amnes
 Peniculi cinis astringit vel fimbria porri,
 Sine fimus manni cum testis vritur oni,
 Et reprimat fluidos miro medicamine cursus.

Vide Plinij
 li. 22. ca. 25.

Q. SERENVS

Vulneribus quibuscunque casibus
factis. Cap. XLIII.

TAm varia humane sunt vulnera conditionis,
Vt nequea proprias cunctis adscribere curas.

Hisdem igitur monitis casus armabimus omnes,
Sic tamen vt nullus medicinam clauerit error.

Ergo modus quicumque obtingit vulneris attri,
Contritus cum melle dabit medicamina bulbus,

Herbaque, que folijs nomen de mille recepit,
Appositu prodest adipi permista vetusto.

Succida cum tepido negetur sana lyeo,
Ambusta ve cinis complebit vulneris ora.

Concludit vero vel frons vel ramus ab vlmo,
At succis hedera pulchrefcit fœda cicatrix.

Homini a simia morso curando. Cap. XLV.

Sive homo seu similis turpissima bestia nobis
Vulnera dente dedit, virus simul intulit atru,

Betonicam ex duro prodest insumere Baccho.
Necnon & rhabhani cortex decocta medetur,

Si trita admorsis fuerit circumlita membris.
Serpentium morsibus, & viperinis

excludendis. Cap. XLVI.

Cuspide non quisquam longeneque cæde sarisse
Fulmine non gladij, volucris nec felle sagittæ,

Quam cito vipereo potis est affligier ictu.
Quare aptam dicamus opem, succosque medentes,

Quem nocuit serpens, fertur caput illius apte,
Vulneribus inungi, sanat quem sauciat ipsa.

Quem nocuit
at. tique di-
ctū. Sic Plau

SAMONICVS.

17

Utque sarissea curatus Telephus hasta.

Proderit & caulem cum vino haurire sabuci,

Aut coctum rhabhani librum tritumque ligare,

Sive etiam excelsa folium de mole cupressi,

Aut tithymallus atrox vulnus contrita perungit.

Carduus est nondum doctis fullonibus aptus,

Ex illo radix tepido potatur in anni.

Cervino ex fetu commista coagula vino

Sumuntur, que res membris agit atra venena.

Aut ferule radix potatur in hymbre lyei

Betonice ve lenes, galline aut iura vetusta.

Si vero horrendum vulnus fera fecerit aspis

Vrinam credunt propriam conducere potu.

(Varronis fuit ista senis sententia) necnon

(Plinius vt memorat) sumpti iuuat hymbre aceti.

Lib. 29 c. 6

Dicendum, & que sit præcox medicina timenti,

Cautio namque potest diros præuere morsus,

Si iecur excoctum tardo de vulture portes,

Ercis aut si totos perduxeris artus,

Quas prius attritas vehementi spargis aceto.

Aut tu cervina per noctem in pelle quiesces,

Aut genere ex ipso dentem portabis amicum.

Toxica præterea qua sint pellenda medela,

Expeditam: sanguis poterit prodesse caninus,

Quod facili potu antidotos imitatur honestas.

Vis & mirificos cantus prædiscere odores,

Accensis quibus arcetur teterrima serpens,

Aut styracem torres, aut diri vulturis alam,

c. iij.

tus in Mille
te glorioso.
Iura te non
nocitura est,
se homine
de hac re
nemine. Et
in eodem ite.
Iuro p. Ve-
nerē & Mar-
tem me no-
citurum nes-
minē. Alias
cui nocuit
legendam.

Honestas,
hoc est, bo-
nas & lau-
dabiles &
probabiles.

Alpa
num
ralis
tami
Alpa
rofin
& pl
se x
Quc
aute
genu
de C

Vel nepetam, aut frondem rigide stirpémque my-
rica.

Etibus scorpionij, & morsibus muris cæci, sine
aranei. Cap. XLVII.

Sunt minima species, sed dira vulnera pestis,
Quæ magis in tenui latitantes corpore fallunt.
Scorpius & gravis est & araneus, hæc mala semper
Captant securos multa iam nocte sopores.

Et documenta dedit nobis prostratus Orion,
Magna quod exiguis perimantur sæpe venenis.
Et quum vulnus atrox incussit scorpius ardens,
Continuo capitur tunc digna cæde retusus,
Vulneribusq; aptus fertur renocare venenum.
Aut calidis pelagi lymphis loca læsa fœnentur,
Sine meri potu dissoluitur improba pestis.

Ad cunctos autem morsus iētusq; minorum
Caseus aptus erit sime de lacte capelle,
Cūq; hoc absumi debebit origanus herba,
Hæc duo mirificis curabunt iēta medelis.
Nec non peniculo calidum annectetur acetum,
Aut vinum sulphur sicci cum fece lyæi.
Exiguo piperis cerebrum conspergito galli.
Quo lita sanescunt depulso membra dolore.

Sin autem muris nocuit violentia cæci,
Quæ sola signavit voluendis orbita plaustris,
Illine, mira datur vili de puluere cura.

* Muræ cæ-
cū videtur
author id di-
cere animal
colū, quod
Plin. & alij

Subitaneo dolori, febri atqua ostocopoco.

Cap. XLVIII.

Nonnunq̄ existit subiti noua causa doloris,
Cuius origo latet, veris reprimēda medelis,
Namq; chelidoniā misto sale nectere prodest,
Vellerq; infuso recalentia sulphure sanant.
Ostocopon lento conducit melle perungi.
Sin autem calide depascent corpora febres,
Tunc apij succus leni sociatur oliuo,
Membra lines, fotūq; ferus mulcebitur ignis.
Nec spernendus adeps, dederit quem bestia melis,
Seminecis cerui lachrymam misceri liquori
Conuenit, atq; artus illinc mulcere calentes,
Febribus aut longis galli noua iura vetusti.
Subueniūt etiā tremulis medicantia membris.

Quartana typo medicando. Cap. XLIX.

Nec tu crede lenem dilato tempore febrem,
Quæ spatium sibi dat, magis vt cessando ca-
lescat,

Letali quæ grassatur quartana calore
Ni medicas adhibere manus curemus & herbas,
Allia non pudeat terno cum cimice trita,
Et diluta mero medijs haurire diebus.
Aut facilem iecoris murini ducere fibram,
Quatuor vt duri iungantur scrupula Bacchi,
Mira est absynthi cum simplice potio lymphæ.
Sume tribus digitis apprehensum semen anethi,
Tantundem mar athri, nullum nec desit aceti,
c.iiij.

muræ arane-
um appel-
lār. Nācædē
medicina,
quæ hic ab
auth. descri-
bitur aduer-
sus ei⁹ mor-
sum, à Plin-
nio prædatur,
lib. 30. ca. 1.
* Ostococo-
pos grecani
ca vox est,
ὄστοκοπος &
cōposita ex
duobus no-
minib⁹, quo-
rū alterum
ὄστροπος, al-
terū νόσος
labore siue
dolorem la-
ris intere-
pretatū si-
gnificat.

Sunt inter
medicos, nō
parui nomi-
nis, qui ty-
pū pro hor-
rote, culus
modi in fes-
tribus acci-
dere solet
interp: tē-
tur Allias
forma, figu-
ra & mod⁹
dicē latins

Vno sed cyatho prædicta salubriter hauris,
 Maonia iliados quartum suppone timenti,
 Aut leporis tepidi diluta coagula trade.
 Prodest & potus, sed nullus Doridis humor.
 Quidam etiam miranda ferunt veniente calore,
 Iurantes ludum Veneris munisq; petendum,
 Sed prius est oleo partus feruescere rane
 In trinijs, illoq; artus perducere succo.

Tertiana typo medicando. Cap. L.

Est etiam alternis febris rediuiua diebus,
 Tempora discernēs quasi iuste pondere libræ.
 Vt possis igitur talem prohibere furorem,
 Inuolues cera pallentis grana cumini,
 Puniceq; indes pelli, colloq; ligabis.
 Pulegij ramus lana velatus amictu
 Tempore suspecto medicos præbebit odores.
 Præterea tritus cimex potatur in ovo
 Horridus attractu, sed gustu commodus apto.

Quotidianus typo medicando. Cap. LI.

AT qui continuis non cessat adire diebus,
 Sed tantū certas morbus discriminat horas,
 Triticeū metuit granū (si credere dignum est)
 Quod latitans fracto fuerit sub pane repertum,
 Necnon ossa inuant septis inuenta domorum,
 Conuenit hæc tereti pendentia subdere collo,
 Multaq; præterea verborum monstra silebo.
 Nam febrem vario depelli carmine posse
 Vana superstitione credit, tremulæq; parentes.

Maonia,
 hæc est Hor-
 merice siue
 Homerij,
 qui patria
 Meonia cre-
 ditur fuisse.
 Et apud Per-
 sium Meonia
 des à Meo-
 ne patrie di-
 ctus.

Puniceæ pel-
 li, hoc est,
 malicorio,
 quæ testa
 est mali pu-
 nici.

De verborū
 & carminū
 potentia, vi-
 de Pli. lib.
 29. cap. 2.

Hemitriteo depellendo.

Cap. LII.

Mortiferū magis est, quod græcis hemitriteū
 vulgatur verbis, hoc nostra dicere lingua
 Non potuere vlli (puto) nec voluere parentes.
 Inscribe chartæ, quod dicitur Abracadabra,
 Sæpius, & subter repetes, sed detrahe summam,
 Et magis atq; magis desint elementa figuris
 Singula, quæ semper rapies, & cætera figes,
 Donec in angustum redigatur littera conum,
 His sino nexis collum redimire memento.
 Nonnulli memorant adipem prodesse leonis.
 Corallium atq; crocum corio connectito felis,
 Nec dubites illis virides miscere smaragdos,
 Talia languentis conducent vincula collo,
 Letalesq; abigent (miranda potentia) morbos.

Fracturis & luxatis membris

sanandis. Cap. LIII.

Insandum dictu cunctis procul absit amicis,
 Sed fortuna potens omen conuertat in hostes.
 Vis indigna nouo si sparserit ossa fragore,
 Conueniet cerebrum blandi canis addere fractis,
 Lintea deinde superq; inductas nec terere lanas.
 Sæpius & succos conspergere pinguis oliui,
 Bis septem credunt coalescere cuncta diebus.
 Aut veteri Baccho capræ fimus inde petulcæ,
 Hoc aperit clausum, trahit hærens, sanat apertum.
 Sin vero caput infestus colliserit ictus,
 Ex oleo nec tibi vestis debet arachnes,

Rapies, hoc
 est auferes.
 Figes, hoc
 videlicet
 modo, atq;
 ordine.
 abracadabra
 abracadabr
 abracadab
 abracada
 abracad
 abra
 abra
 ab
 a

Vestis Ara-
 chnes, telæ
 aranei dicuntur

Nesciet abire,
re, id est,
non deposi-
netur.

Nesciet hæc illinc (nisi cum sanarit) abire.

Quod si luxa suo decedant membra tenore,

Urere fœmineos crines, ac iungere senum

Congruet, ac tali medicamine mota ligare.

Aut malum ex pingui tritum apposuisse innabit.

Aut si conclusum seruanit tibia vulnus,

Stercus onis placidæ iunges adipēsque vetustos,

Pandere quæ poterunt hylcus, patulōque mederi.

Nervis & dolentibus atque contractis in-
nuandis. Cap. LIIII.

HAud quisquæ credet dissectos vulnere nernos
Ad solitum rursus renocari posse vigorem,

Sed prodest terræ lumbricos indere tritos,

Quæ vetus & ranis sociari axungia debet.

Si vero occultus nernos dolor vrit inertes,

Vulturis excisos adipēs rutamque remitte,

Aut ceram, & tali recreabis languida fotu.

Conuenit & pelagi calidis perfundier vndis.

Carica, vel betis lento cum melle iugatur,

Aut Baccho madefacta ceres cum fronde cupressi,

Quo poteris potu recreare rigentia membra.

Sin autem subito replicantur corpora morbo,

Contractos renocat nernos caro sumpta columbæ.

Egris somno adsciscendo. Cap. LV.

Non solum miseros teterrima febris adurit,

Sed super optato pergunt viduare sopore,

Ne profint placidi celestia munera somni.

Charta igitur, varijs quam pinxit littera verbis,

Vritur, inde cinis calido potatur in amni.

Proderit & magnum capiti substernere fulcrum,

Prodest & mistam lymphis potare cupressum,

Palladijs itidem succis, quos flore rosarum

Iungis, & immisceas madidum tritumque papauer.

Quo lita frons facilem præbebit nocte quietem,

Necnon mandragoræ gustu sopor additur altus.

Dilue præterea glomeramina, quæ gerit intus

Clausa aries inter geminæ coxendicis umbras,

Inde soporati ducentur gutture potus.

Lethargo expellendo.

Cap. LVI.

Diximus hanc sortem miseris mortalibus esse,

Vt sint sepe mala inter se contraria morbi,

Denique nonnunquam somno sic membra grauantur

Ut coniungatur leto sopor altus acerbo.

Ergo leui flamma torrentur cornua capræ,

Quo nidore grauem depellent lumina somnum.

Aut veneris labrum quæ dicitur herba, bibetur,

Quæ teritur prius, & vino confusa liquecit.

Conueniunt acidis euphorbia mista fluentis,

Gramina vel rutæ gemina si nare trahuntur.

Quidam dira iubent, septeno cimice trito,

Ut vitientur aquæ, cyathisque bibatur eorum,

Hæc potiora putant, quam dulci morte perire.

Comitali morbo curando. *

Cap. LVII.

Est subiti species morbi, cui nomen ab illo est,

Quod fieri nobis suffragia iusta recusant.

Sepe etenim membris acri languore caducis,

Glomeras
mina, hoc
est, pilulas
ex firmo sive
ueucreme
torum.

* Comitias
lis hic mor-
bus dicitur
est, id quod
& author
quos innu-
it, quod in
mitijs sepe
numero is,
quibus sus-
fragia nega-
bant, subito
in terrâ ca-
dere cõsue-
uerunt. Gre-
cis τριπλις
sive dicitur.
Vulgo mor-
bus caducus
appellatur.

Consilium populi labes horrenda diremit.
 Ipse Deus memorat dubie per tempora lune
 Conceptum, talis quem sepe ruina profudit.
 Prodest cum veteri Baccho fel vulturis ampli,
 Sed cochlear plenum gustu tibi sufficit vno.
 Aut cruor ex progne mistus cum polline thuris,
 Aut apium elixum, aut conditum melle fel agni,
 Marrubiū ve pari confusum pondere mellis,
 Cuius terna dabis gustu cochlearia in vno.
 Aptus mustela cinis est & hirundinis vna.
 Præterea pluias hominis, quas calua supino
 Excepit proiecta sinu, consumere prodest.
 Aut lapis ex nido vaga quem congessit hirundo
 Vellitur, & nexu fouet attollitq; iacentem.
 Pellitur (vt fama est) gustu quoq; languor anethi.

Regio morbo pellendo. Cap. LVIII.

Regius est vero signatus nomine morbus,
 Molliter hic quoniam celsa curatur in aula.
 Huic rubia ex multa fertur conducere lymphæ,
 Allia trita dabis vino madefacta calenti,
 Vellera cum vino suffiri sulphure prodest.

Infantibus dentientibus, vel strige inquietatis curandis. Cap. LIX.

Nvdū hominē primū natura profundit,
 Insuper excruciat, niueis cū dentibus armat.
 Collo igitur molli dentes neētentur equini
 Qui primi fuerint pulso crescente caduci.
 Aut teneris cerebrum gingiuis illine porci.

Regius cur
 hic morbus
 dicitur, vide
 præterea &
 Celsum lib.
 4. ca. 24. Di
 cit & mot
 b^o arquat^o,
 quæ & nom
 multi aurig
 ne appellat
 ri tradunt.
 Vñ & græ
 eis dicitur q
 siue morb^o
 ictericus di
 citur, à celo
 re auctulæ
 eius nois.

Aut leporis niueum bibitur cum lacte caprino.
 Præterea si forte premit strix atra puellos
 Virosa immulgens exertis hubera labris,
 Allia præcepit Titini sententia Vecti
 Qui veteri claras expressit more togatas.

Combustis igni vel frigore curan
 dis. Cap. LX.

Sunt diuersa quidem mala frigoris atq; caloris,
 Sed tamen amborū simili nocet vlcere virus,
 Illa quoq; vsta putes, quæ sunt niue lesa rigente
 Conuersa in cinerem platani pila curat vtrunq;
 At vero ambustum flammis, qui candidus oui
 Succus inest penna inductus sanare valebit.
 Aut tu succosæ cinerem perducito lanæ,
 Aut vinam ex oleo veteri composito calcem,
 Ordea vel franges atq; oui candida iunges,
 Adsit adeps porcæ (mira est nam forma medelæ)
 Iunge chelidonias, ac sic line vulnera succis.
 Quodq; recens vssit glacies axungia simplex
 Mulcet, & ex facili grata est medicamine cura.

Venenis prohibendis. Cap. LXI.

Vt tutus fias infestæ fraude nouerçæ,
 Vel quicumq; tuo carpetur liuidus actus,
 Non expectatis eat obuia cura venenis,
 Ante cibos igitur in glandis sætus edatur,
 Produnt electri rostantia pocula virus.
 Præterea coctæ querno cum cortice lymphæ
 Conueniunt potu, dimersa ve ficus oliuo.

Titini cuius
 dam mēto
 subide fit i
 Plinio & La
 ctatio. Ap
 parer qdē
 ex hoc loco
 eū scripsisse
 de claris fœ
 manis. Cere
 tū est autē
 ex Lactatio
 eundē scri
 psisse spe
 étaculorum
 libros, si mo
 do idem au
 thor est.

Sæpe etiam rhabbanum prædixit numen edendum.

Antidotus vero multis Mithridatica fertur

Confociata modis, sed Magnus scrinia regis

Cum raperet victor, vilem deprendit in illis

Synthefin, & vulgata satis medicamina risit.

Bis denum ruta folium, salis & breue granum,

Inglandesq; duas totidem cum corpore ficus,

Hæc oriente die parco conspersa lyco,

Sumebat metuens, dederat quæ pocula mater.

Venenis datis, expellendis. Cap. LXII.

SI nequit infandum præuerrere cautio virus,

Proximus ille gradus, data pocula pellere cura.

Lac asine placidæq; bonis prodesse loquuntur,

Betonicam ex paruo sumunt pleriq; lyco.

Quod si hederæ succos (quæ truncos implicat altos)

Instilles pateris, poterunt hand vlla nocere

Pocula, quæ quisquam senis vitauerit herbis.

Si quis hyoscyamum gustarit, lacte capelle

Exhausto, rabidos poterit mulcere furores.

Vulneribus etiam dubie curandis. Cap. LXIII.

Vulnera tabescunt spatio vitiata dierum,

Curâq; nil prodest, nec ducitur vlla cicatrix,

Sed tamen herbarum tam mira potentia pollet,

Ulcusis annosi sinus vt coalescere possit.

Marrubium si tu recoquas, illoq; liquore

Ulnus atrox foneas, cineres vel hirundinis alte

Inducas, leporisve aspersa coagula vino,

Aut hederam Baccho decoctam, & semen anethi,

Aut cineres alni tardo cum melle ligentur.

Lumbrici terræ poterunt conducere vulnus,

Aut facilis lapathi cumulatatio vulnera purgat.

Et commistus adeps, sed nonnullo sale tactus.

Pinea præterea vino cum sulphure cortex,

Et pice cum spissa iam perdita membra reponit.

Verrucis tollendis. Cap. LXIII.

Interdum existit turpi verruca papilla,

Hinc quondam Fabio verum cognomen adhesit,

Qui solus patriæ cunctando restituit rem,

Id poterit vitium sanguis curare lacerte,

Aut vrina canis cum terra inducta madenti.

Aut herbæ succus quæ fertur nomine lathy,

Et tithymallus item tali satis apta medele.

Si rupta immensos fundit verruca cruores,

Purpureo triti cineres de vellere profunt,

Quod fuerit vero conchyli sanguine tinctum.

Hæmorrhoidibus medendis. Cap. LXV.

Excruciant turpes anum si forte papilla,

Agrestis radix prodest superaddita porri.

Ni violet, sanat inglandis fragmine clausa,

Sal niueum sumes, beticum quod nomine dicunt.

Dulcia cumq; nigra iunges fuligine mella.

Aponesq; supèr, pellit medicina dolorem.

Finis.

* Lathy, mihi quidẽ legendũ ois no videt, vt sit tamen lathy di. etum p la thyris p A pocopẽ, de cuius herbẽ medicina Diosc. Sucus (inquit) eius modo, quo de Tithymallo, excipit ad eosdẽ effectus. Ceterũ de succo Tithymalli, siue de lacte, qui est eius succus, ita idẽ Diosc. ait: Formicas versucãsq; sanat.

Aipe
nunt
ialis
tam
Aipe
ositi
& p
itẽ
Que
aute
gent
de C

Huius Antidoti & eius copositionis meminit Plin. lib. 27. cap. 8. Cuius perinde verba hæc: Subscribã: In factuarijs (inquit) Mithridatis maximi regis deuicti, Cn. Põpelius inuenit i peculiari comẽtario ipse manu cõpositionem Antidoti, e duabus nunciis siccis, itẽ ficis totidẽ, & rutæ folijs viginti simul tritis, addito salis grano: & q hoc leuius sumat, nullum venenum nec cicturum illo die.

Alp
nun
talie
tam
Alp
ossi
& p
Itē
Qu
aut
gen
de C

Palæmonia .
Sunt, q̄ hus
ius opuscu
li, Pulfianū
authorē est
se putent.
Sed recla
mat erudi
torum mas
lor pars.

Q. RHEMNII FAN NII PALAEMONIS, DE PON deribus & mensuris liber.



Pondera p̄onijs veterum memorata s̄
bellis

Nosse inuat, pondus rebus natura lo
cauit

Corporeis, elementa suum regit omnia

pondus,

Pondere terra manet, vacuus neq̄ ponderis æther

Indefessa rapit voluentis sydera mundi.

Ordinar̄ à minimis, post hæc maiora sequentur.

Nam mains nihil est aliud, quam multa minuta.

Cap. Primum.

Semioboli duplum est obolus, quē pondere duplo
Grāma vocant, scrupulū nostri dixere priores,

Attribuunt scrupulo, lentes veraciter octo,

Aut totidem speltas numerant, tristisve lupinos

Bis duo. sed si par generandi his pondus inesset,

Seruarent eadem diuerse pondera gentes.

Nunc variant, etenim non omnia fœdere certo

Naturæ, sed lege valent, hominūmq̄ repertis.

In scrupulis ternis drachmam, quo pondere doctis

Argenti facilis signatur pondus Athenis.

Holcēq̄ à drachma non re, sed nomine differt.

Semina la
titatia in si
ligs, hoc est
grana sili
que, que se
na scrupula
singula pen
det, hoc est
diobolum.

Drachmam si gemines, aderit quem dicier audis,

Siciliquus: drachmæ scrupulisi adiectio fiet,

Sextula que fertur, nam sex his vncia constat.

Sextula cum dupla est, veteres dixere duellam.

Uncia fit drachmis bis quattuor, vnde putandum

grammata dicta, quod hæc viginti quatuor in se

Uncia habet, tot enim formis vox græca notatur,

Horis quot mundus peragit noctēmq̄ diēmq̄.

Unciaq̄ in libra pars est, que mensis in anno.

Hæc maior latio libra est gentiq̄ togate,

Attica nā minor est, ter quinq̄ hæc deniq̄ drachmis,

Et ter vigenis tradunt explerier vnam.

Accipe præterea, paruo quam nomine graij

Mnam vocitant, nostriq̄ minam dixere priores,

Centum hæ sunt drachmæ, q̄ si decer pseris illis

Quattuor, efficies hanc nostram deniq̄ libram.

Attica que fiet, si quartam dempseris hinc mna.

Cecropium superest, post hæc docuisse talentum

Sexaginta minas, seu vis sex milia drachmas,

Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis,

Nam nihil his obolove minis, mainsve talento.

Nunc dicam, solide que sit diuisio libræ,

Sine assis, nam sic legum dixere periti.

Ex quo quod soli ca pinus perhibemur habere.

Dicimur aut partis domini pro partibus huius,

Uncia nam libræ si decet dixere denncem,

At si sextantem retrahas, erit ille * decuncis,

Sed nullum reliquo nomen semuncia certum,

d.j.

Vox græca
Ita sane les
gendē con
iecto, vt sit
singulare
positū pro
plurali, &
hic sensus
sit, vox græ
ca, id est,
voces græcæ
tot formis
notatur, id
est, scribunt
tur. Totenī
literis græc
ci vtuntur,
nempe qua
tuor & vis
ginti.

Cecropiā,
hoc est At
ticam à Cæ
crope Athē
niensium
rege.

Solidū, hæc
tenus soli,
legi potest
solidi.
* Decuncis
p̄ decūq̄, q̄
& dextans
alcif, possi
tum esse vt
datur.

DE P O N D E R I B V S

Dempta dabit, neq; enim est huius fescuncia triplex.
 Dodrantem reliquum vocitant quadrante retracto.
 Cūq; triens desit, bessem dixere priores.
 Idem septuncem dempto quincunce vocarunt.
 Post hæc semissis solidi pars maxima fertur.
 Nam quæ dimidium superat, pars esse negatur,
 Ut docuit tenni scribens in pulvere Musa.
 Cetera dicta prius quibus est semuncia maior.

SCHOLIA.

Quattuor, efficies hanc nostram. Nostram, hoc est,
 Romanā, quæ nonaginta sex drachmas contine-
 bat, sicut Attica septuagintaquinque, quemad-
 modum & id à Leonhardo Portio annotatum est.
 Hinc paulo superius author Romanam maiorem,
 Atticam minorem appellauit libram, quæ effici-
 tur (vt hic tradit) ex Mna, si quartam par-
 tem dempseris, hoc est, ex centum drachmis vi-
 gintiquinque.

De ponderibus siue mensuris, humidorum,
 & frugum. Cap. II.

ET de ponderibus superest pars altera nobis,
 Humida metiri, seu frugum semina manis.
 Cuius principio nobis pandetur origo.
 Pes longo spatio latōq; notetur in angulo,
 Angulus vt par sit, quem claudit linea triplex.
 Quattuor ex quadris medium cingatur inane.

Dubitari po-
 test an hic
 Musa medi-
 cus ille fuit
 Augusti Cæ-
 saris. Cuius
 meminit
 Celsus vno
 altero q; lo-
 co, & post
 hunc Pli. &
 Inter grecos
 scriptores
 Galenus, an
 alius quispi-
 am.

Hic te nō pi-
 geat recur-
 rere lector
 candidè, ad

Amphora fit cubus, quam ne violare liceret,
 Sacrauere Ioni Tarpeio in monte quirites.
 Huius dimidium fert urna, vt & ipsa medimni
 Amphora, tēq; capit modium, sextarius istum
 Sex decies haurit, quot soluitur in digitos pes.
 At cotylas quas, si placeat, dixisse licebit
 Heminas, recipit geminas sestarius vnus,
 Qui quater assumptus fit graio nomine chœnix.
 Adde duos, chus fit vulgo, qui est congius idem,
 A quo sestari nomen fecisse priores
 Crediderim, quòd eos capiat sex congius vnus.
 Ac cotyle cyathos bis ternos vna recepat,
 Sed de abaco nobis id pondus sæpe notatur,
 Bis quinq; hunc faciūt drachmæ, si appedere tētes:
 Oxybaphus fiet, si quinq; addantur ad illas.
 At mystrum cyathi quarta est, ac tertia mystri,
 Quam vocitant cyamen, capit hæc cochlearia bina.
 Quòd si mensura pondus componere fas est,
 Sestari cyathus pars est, quæ est vncia libræ,
 Necnon oxybaphi similis fescuncia fiet.
 Siciliquinq; tibi mystro similare licebit.
 Cochlear extremū est, scrupulūq; imitabitur instar.
 Attica præterea dicenda est amphora nobis,
 Seu cadus, hanc facies, nostræ si adieceris urnam.
 Est & bis decies quem conficit amphora, nostris
 Culleus hac nulla est maior mensura liquoris.
 Est etiam terris, quas aduena Nilus inundat,
 Artaba, cui superat modij pars tertia post tres,
 d. ij.

quintū dōs
 cūssimi Bur-
 dei librum
 de asse &
 partib; eiꝝ,
 vt i quo ho-
 rō versum
 ille luculens
 tam expla-
 nation. tra-
 dit, & bre-
 uiter & ele-
 ganter.

δρῦ βαροσ

Κυάμιν.

Μύστρον &
 μύστροσ

Nanq; etiam modijs explebitur artaba triplex.

De pōderibus variōrū liquorū, & aquarū. Ca. III.

Illud præterea
Finitum pondus varios seruare liquores.

Nam libræ (vt memorant) bessem sestarius addet,
Seu puos pendas latices, seu dona hyci.

Addunt semissem libræ labentis oliui,
Sesibrāmq; ferunt mellis superesse bilibri.

Hec tamen assensu facili sunt credita nobis,
Nanq; nec errantes vndis labentibus amnes,

Nec mersi puteis latices, aut fonte perenni
Manantes par pondus habent, non deniq; vina,

Quæ campi aut colles nuperve aut antè tulere,
Quod tibi mechanica promptū est depromere mīsa,

Ducitur argento, tenui ve ex ære cylindrus,
Quantum inter nodos fragilis producit arundo

Cui cono interius modico pars ima granatur,
Ne totus sedeat, totus ve supernatet vndis,

Lineaq; à summa tenuis descendit ad ima
Ducta superficie, tot queq; in frustra secatur,

Quot scrupulis gravis est argenti eris ve cylindrus,
Hoc cuiusq; potest pondus spectare liquoris.

Nam si tenuis erit, maiori mergitur vnda,
Sin gravior, plures modulōs superesse notabis,

Aut si tantundem laticis sumatur vtrinq;
Pondere præstabit gravior, si pondera secum

Cōueniunt, tunc maior erit, quæ tenuior vnda est,
Quod si ter septem numeros texisse cylindri,

Hos videas latices, illos cæpisse ter octo,
His drachma grauius fatearis pondus inesse.
Sed refert æqui tantum conferre liquoris,
Vt grauior superet drachma, quantū expulit vnda
Illius aut huius teretis pars mersa cylindri.
Hæc de mensuris, quarum si signa requires,
Ex ipsis veterum poteris cognoscere chartis.

De inuentione argenti, auro in vna massa
permisti. Cap. IIII.

Nunc aliud partum ingenio trademus eodem.

Argentum fuluo si quis permisceat auro,
Quantum id sit, quove id possis deprendere pacto

Prima Syracusij mens prodidit alta magistri.
Regem nanq; ferunt Siculum (quam vouerat olim)

Calicolum regi ex auro statuisse coronam,
Compertōq; dehinc furto (nam parte retenti

Tantundemq; argenti opifex immiscuit auro)
Orasse ingenium ciuis, qui mente sagaci

Quis modus argenti fuluo latitaret in auro.
Repperit illæso quod Dijs erat antè dicatum.

Quod te quale siet, paucis (aduerte) docebo.
Lancibus æquatis (quibus hæc appendere mos est)

Argenti, atq; anri (quod edax purgauerit ignis)
Impones libras, neutrum vt præponderet, hās q;

Submittes in aquam, quas pura vt ceperit vnda,
Protinus inclinat pars hæc, quæ sustinet aurum.

Pensius hoc nanq; est similari crassius vnda,
At tu siste iugum mediūq; è cardine centri

d. iij.

* Syracusij
magistri,
Archimede
Syracusanū
mathematt
cum signifi
cat. Habes
autē huius
rei hiltoriā
apd Victru
uium lib. 9.
cap. 3. cuius
intitiū huius
modi est.
Archimes
dis vero cū
multa mis
rāda inuen
ta, varia
fuerint &c.
Ac deinde
sequit. Hie
ro enim Sy
racusis au
ctus regia
potestate,
rebus bene
gestis, cum
auream co
ronā votiūā
Dijs imora
talibus in
quodā fano
cōstitisset
ponēdam.
Reliq; apud
ipsum Vis
ctruuium
querere ac
lege.

Aip
nur
all
tan
Aip
roff
8c p
itē
Qu
aut
gen
de t

2 p r d B n
Helychius,
a p r d B n (in
91) m i e p o p
m o n d r o i
9 8, 2 t t i k o s
m d i u o s
Et Suidas
item.

Mechanica
mīsa, id est
operosa in
genio.
Μηχανική.

Maiori, sub
audi pondere.
Modulos,
id est par
tes, in quas
cylindrus i
bellatur
auulius.

DE PONDERIBVS. LIB.

Intervalla nota, quantum discerpserit illinc
 Quotq; notis distet suspenso pondere filum.
 Fac drachmis distare tribus, cognouimus ergo
 Argenti atq; auri discrimina. deniq; libram
 Libra tribus drachmis superat cum mergitur vnda.
 Sume dehinc aurum, cui pars argentea mista est,
 Argentiq; meri par pondus, itémq; sub vnda
 Lancibus impositum specta: propensior auri
 Materies, subsistet enim, furtúmq; docebit.
 Nam si ter senis superabitur altera drachmis,
 Sex solas libras auri dicemus inesse,
 Argenti reliquum, quia nil in pondere differt
 Argentum argento, liquidis cum mergitur vndis.
 Hæc eadem puro deprendere possumus auro,
 Si par corrupto pondus pars altera gestet.
 Nam quoties ternis pars illibata grauarit
 Corruptam drachmis sub aqua, totidem esse notabis
 Argenti libras, quas fraus permisit auro.
 Pars etiam libræ quæuis si forte super sit,
 Hec quoq; drachmarum simili tibi parte notetur.
 Nec non & sine aquis.

SEQUVNTVR EX ORDINE IN Q. SERENI, DE MEDICINA LIBRO, CONTENTA CAPITA AD NUMERVM LXV.

Capiti medendo.	Cap. j.
Hemicranio medendo	Cap. ij.
Porrigini depellende.	Cap. iij.
Capillo tingendo	Cap. iiij.
Phtiriasi arcende	Cap. v.
Prurigini, papulis & scabiei arcendis	Cap. vj.
Phrenesi, & capiti purgando.	Cap. vii.
De fluore capillorum, & maculis capitis tollendis.	Cap. viii.
Humoribus & perfriktionibus medendis.	Cap. ix.
Elephantiasi propellende.	Cap. x.
Cutis & faciei vitijs, & impetigini propellendis.	Cap. xi.
Aurium vitijs succurrendis.	Cap. xij.
Oculorum dolori mitigando.	Cap. xiiij.
Dentium vitio, & oris fætori medendo.	Cap. xiiij.
Vne, faucibus, collo, & que mollièda sunt, medendis.	Cap. xv.
De rigore cervicis.	Cap. xvj.
Tussi, & cholericis medendis.	Cap. xvij.
Digestioni, & stomacho medendo.	Cap. xviii.
Felli, vomitui, vel phtihisi arcendis	Cap. xix.
Mammis sanandis vel stringendis.	Cap. xx.

INDEX

Reiectioni cibi aut sanguinis restringēda.	Cap. xxi.
Iecoris & lateris vitij medendis.	Cap. xxij.
Spleni curando.	Cap. xxiiij.
Præcordijs sanandis.	Cap. xxv.
Lumbis & renibus sanandis.	Cap. xxvi.
Ventris dolori mitigando.	Cap. xxvij.
Hydropisi depellende.	Cap. xxviii.
Ventri molliendo	Cap. xxviii.
Solutioni ventris, & dysenterie compeſcende.	Cap. xxxix.
Lumbricis & tineis purgandis	Cap. xxx.
Colo ſedando.	Cap. xxxj.
Vefica, & calculo purgando, & vrina prouocanda.	Cap. xxxij.
De conceptione & partu.	Cap. xxxiiij.
Profluuiio cuiusque ſanguinis, & matrici ſubueniēda.	Cap. xxxiiij.
Interſecandis, quæ oculos impediunt.	Cap. xxxv.
Omnibus obſcænis medendis.	Cap. xxxvj.
Iſchiæ, & articulari morbo curando.	Cap. xxxvij.
Furunculo medendo.	Cap. xxxviii.
Carboni medendo	Cap. xxxix.
Pano, vomica, & ſtruma depellendis.	Cap. xl.
Igni ſacro medendo.	Cap. xli.
Podagra depellende	Cap. xliij.
Vulneribus, ferro, aut verberibus factis.	Cap. xliij.
Vulneribus quibuſcunq; caſibus factis.	Cap. xliiiij.
Homini à ſimia morſo curando.	Cap. xlv.

INDEX

29

Serpentium morſibus & viperinis excluſendis.	Cap. xlvj.
Etibus ſcorpij, & morſibus muris cæci, ſine aranei.	Cap. xlvij.
Subitaneo dolori, feбри atq; oſtopoco.	Cap. xlviij.
Quartana typo medicando.	Cap. xlix.
Tertiana typo medicando.	Cap. l.
Quotidiana typo medicando.	Cap. li.
Hemitritico depellendo.	Cap. liij.
Fraſturis & luxis membri ſanandis.	Cap. liij.
Neruis & dolentibus & contractis.	Cap. liiiij.
Ægris ſomno adſciſcendo.	Cap. lv.
Lethargo expellendo.	Cap. lvj.
Comitiali morbo curando.	Cap. lvij.
Regio morbo pellendo.	Cap. lviii.
Infantibus dentientibus vel ſtrige inquietatis curandis.	Cap. lix.
Combuſtis igne vel frigore curandis.	Cap. lx.
Venenis prohibendis.	Cap. lxi.
Venenis datis expellendis	Cap. lxij.
Vulneribus etiam dubie curandis.	Cap. lxiiij.
Verrucis tollendis.	Cap. lxiiij.
Hæmorrhoidibus medendis.	Cap. lxx.

INDEX VOCABVLO-
RVM, QVAE IN HOC LI-
BELLO CONTINENTVR,
ET EXPONVNTVR.

<p>A Abacus Amphora Amphora attica Artaba As sine assis B Bes sine bessis C Cadus Cochlear Chœnix Chus Congius Conus Cotyla Cubus Cullens Cyame Cyathus Cylindrus</p>	<p>D Decunx Denx Digiti Dodrans Drachma Duella G Gramma H Holce Horis quot mundus pera- gatur Hemina L Lentes Libra Libra Romana Libra Attica Libra pars vncia Lupini</p>
----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

<p>M Medimnus Mna Mina Modium Modulus Musa Mystrum O Obolus Oxybaphus P Pes Q Quadrans Quincunx S Scrupulum Semiobolus Semissis Semiuncia Sescuncia</p>	<p>Sextans Sextarius Sextula Siciliquus Siliqua Solidum Solidi partes Spelta T Talentum cecropium sine atticum. Triens V Vncia Vncia quot drachmis constet Vncie partes Vox graeca quot formis sive literis constet Vrna.</p>
--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

Parisij Apud Simonem Colinaeum.
Anno. M. D. XXXIII. Men-
se Augusto.

Al
nu
cal
tan
Al
of
&
It
Q
aut
ger
de

Al
nu
al
tan
Al
of
&
Itē
Q
au
ge
de

Al
nu
ra
ta
Al
ol
&
ite
Q
au
ge
de

R \bar{y}
—

1920:2617